



Q. F. F. Q. D. O. M. E. J!

# N O M E N

URBIS CURIAE,  
tam GERMANUM, quam LATINUM,

cum Addito

Regni /

Historicè evolutum, &

instituendo Actui Oratorio,

in Illustri ejus Gymnasio,

à Sacris matutinis ad D. X. Martii, clæ Ite LXXXVI. habendo,

Invitationis loco præmisum,

M. JO. CHRISTOPHORO <sup>à</sup> Parriz / Gymn. Pa-  
trii Con - Rectore.

---

Typo Minzeliano.

C 3



Λεξιῶν Φιλολογικῶν καὶ Φιλολογικῶν Salutem & Officia!



**H**ucusque nuper Patriæ Urbis **ORIGINIBUS,**  
**NOMINIS** nos nunc vocat ratio. Ut enim eorum,  
 quibus nascendi feliciter contigerunt sortes, prima  
 in nominis impositione habetur cura, quod Chri-  
 stiani sacris quidem omnibus facere consuevimus;  
 sic primi Urbis nostræ Conditores nec illud soler-  
 tiæ suæ posthabuerunt officium, quò certo nomine eam voluere  
 condecoratam. Quæ autem aliis circa imponenda rebus nomi-  
 na est sollicitudo, ut omnia excutiant, quò apto satis & congruo  
 illis prospiciant, sicque πολυθροῦν: *Conueniunt rebus nomina sæpe  
 suis viam sternant & locum faciant, eam pii nostri Majores, pau-*  
*perculi forte agricolæ, & ingenuâ simplicitate conspicuus popel-*  
*lus, exesse penitus iusserunt, & de nominis pompa parum anxii, è*  
*proximo & trivio illud desumpsisse creduntur, Scilicet, si W I-*  
**DEMANN** hic fides, quem denuò ducem sequi aliorum monu-  
 mentorum defectus nos jubet, olim in dextrâ Salæ ripâ, supra mo-  
 letrinam, quam ex adjuncto fruticeto, die **Stauden-Mühl** appel-  
 lare consuevimus, hanc præcul à rivo **Regniß**, qui ibi Sala mergitur,  
 villa quædam fuit sita, quam Germani nostri **einen Hof** appellitant,  
**M. Thomas BLEBELIUS** verò, qui seculo superiori in Gymnasio  
 nostro per triginta quinque annos, **Con-Rectoris** & successivè  
**Rectoris** munere functus, cuique **WIDEMANNUS** successus est,  
 in Oratione, Rhetoricæ ejus subjuncta, et præcipua laudationis Urbis  
*Curianæ capita continente, honestiori titulo, arcem unicam ad ripam Salæ*  
*Regnißiani fluminis sitam, describit. Hæc itaque villa cum der Re-*  
*gniß-Hof ab accolis salutaretur, idem hoc nomen primi oppiduli*  
*conditores huic tribuerunt, & solâ vocum transpositione **HOF***  
**REGNIß** vocarunt, quam Germanam appellationem hodi-  
 enum retinet, ita tamen, ut quandoque sexta litera perperam du-  
 plicetur, & **Hoff** scribatur, additum verò **Regniß** plerumque omit-  
 tacur.

Hic



Hic inquirendum nunc esset de illâ ipsa villa, cujus Urbs nostra nomen mutuata, quoniam olim præcisè loco steterit, & quâ mutatione disparere inceperit? Et fateor aliquoties hunc sollicitum habuisse me scrupulum, qui tamen eximeret, nemo ad hæc fuit inventus. Si ex generali *τοπογραφία* descriptione quid colligendum, arva illa hujus villæ crediderim fundum, quæ ad Meridientem, confluentem Regniziani rivuli & fluvii Salæ, ad Septentrionem, Sylvulam Nobili feudo *Döhlau*, nomine die Schweins-Benden pertinentem, ad Occidentem, pratum, quod ab asinorum pasta, cui olim destinatum fuit, hodiernum audit die Esels-Biesen/ & ad ortum, Declivitatem Tauperlizensem den Tauperlizer Grundt/ per quam prono alveo Regniz decurrit, respiciunt & interjacent. Nihil tamen certi hic definire ausim, in tam alto Veterum monumentorum silentio. Suggestit tamen non nemo ingeniosiorum hanc quoque conjecturam: Villam forte quondam ad vetus castellum deprædatorium in monte Clausen fuisse junctam, aut hoc ipsum ante deformationem, ejusmodi usum præbuisse; eo autem in templum dedicato, nomen Urbi hæsisse. Et nobilia certè olim feuda titulo ein Hof/ it. ein Borwerck venisse, Principum feudales adhuc loquuntur literæ idq; ex nostris quoque circa Urbem disseminatis tum feudis Nobilibus, tum prædiis/ Hof. Eck/ Höfles/ Clausen- Hof/ Neu- Hof/ &c. ferè colligi posse, fit probabile. Sed quicquid hujus sit, & ubicunq; tandem etiam villa fuerit sita, parum locum novisse nostrâ intererit: illud potiori jure quis scrutetur, ecquæ Curiamæ Urbis Fundatoribus viculum noviter ad Salam extructum à Regnizio, amne magis dissito, quam satis nobili & contiguo penè fluvio, Sala, maluerint cognominatum? Haud equidem hic absurda est ratio, quam in Chronico suo reddit *Widemannus*, scilicet: quod uterque rivus Regnizianus, unus superior, aliter inferior, aquas suas in Salam evolvendo, limites ferè agrorum Curionsum ponant, & quousque arva illorum, tum versus Meridientem, tum versus Septentrionem excurrant, præter propter, & accuratius quidem superior, quam inferior, ab incolis suis determinent; Si tamen conjecturas in re incerta non liceat,



(16)

adderem alteram, nempe: cum totus ferè ille Tractus, qui oris nostris ad-  
 jacet, & utroque corrente Regnizio conclusus, ex antiquis monumentis **TER-**  
**RA REGNITIANA**, das Land der Regnitz/ appellata videatur, i-  
 psam quoque exinde Urbem, palmarium ejus ornamentum, facile id cognomen  
 traxisse credibile est. Ut verò hic Benevolus Lector eò accurati-  
 orem Additi hujus Regnitz/ & simul ipsorum fluviolorum pleni-  
 orem hauriat cognitionem, visum est ad ipsos illum deducere fon-  
 tes, quò accolis cum primis nostris rem non adeò ingrati nos fa-  
 cturos confidimus. Quamquam enim his nostris eam haut ve-  
 nemur celebritatem, quam Redonesus (Radinzam vocat **REGINO**,  
 Abbas Prumiensis, ad A. 793.) die Regnitz/ in Norico, haud procul  
 ab Imperiali Weisenburg ortus, & brevi infra Noribergam Pegne-  
 so mixtus, ex eo est consecutus, quod **CAROLUS M.** Imperator  
 eo, velut proxeneta, Danubio Rhenum maritare tentaverit, dum  
 Altmühlum, qui ad Kelhaimium, Bavarix oppidum, Danubio mi-  
 scetur, in Redonesum deducere, utrosque ad Bambergam Moeno  
 jungere, hocque mediante supra Moguntiam Rheno transfunde-  
 re, fossâ navium capace, annis; cujus, irriti tamen, conatus, usque  
 aliqua in Noricis ad dictum Weisenburgum conspiciuntur vesti-  
 gia; non tamen & his sua defunt præconia, ex eò cum primis dedu-  
 cta, quod agros & campos, quos adluunt, frugibus pariter & flori-  
 bus lætissime vestiant, gignendæque herbæ non alii facile sint a-  
 ptiores. Ergo ad rem, & superioris Regnizii, à quo præcipue urbi  
 nomen inditum, hæc est delineatio, quam opera cum primis *Fauto-*  
*ri ac Amici nostri honoratissimi, Dn. M. DORSCHER, Pastoris ad Losam*  
*Regnizianam bene meritissimi*, sumus consecuti, qui, quod grati de præ-  
 dicamus, partim ex antiquis Documentis, partim ex Seniorum, ho-  
 rumque locorum gnarorum, hominum relatione, partim etiam o-  
 culari inspectione sequentia, totidem ferè verbis, congescit, & sic,  
 quæ auditu simul & oculis comperta habuit, nobiscum liberaliter  
 communicavit.

Der obere Regnitzbach hat seinen Ursprung in Friedersreuther Wald/  
 welcher von einem Dorff Friedersreuth/ guter 2. Meil von Hof liegend/ sein  
 nen



nen Namen führt/ und mit demselben schon Käyserlich oder Böhmisck Lehen ist/weil es unter der Herren von ZEDWITZ ihrem Gebierh liegt. Er entspringet aber aus etlichen Quellen/ und wird anfangs genant der Zienbach/ weil vor alters Zien-Ertzt um diese Gegend soll gegraben worden seyn. Sobald dieser Bach auf Friedersreuth komt/ treibt er schon 2. Mühlen in Dorff/ deren die erste ein Mahlgang/ die andere einen Mahl- und Schlag-Gang hat. Von daraus fließt er/ durch eine ziemliche Weite/ nach der Tümpel-Mühl/ und treibt einen Mahlgang. Um diese Gegend scheidet und bemercket er zur Rechten das Käyserl./ zur Linken das Marggräffische Territorium, und verliehet es zugleich hier seinen alten Namen/ wird hingegen die Regnitz genant/ wie dann eine nahe-dabeyliegende Wiese auch die Regnitz-Wiese heist. Ob aber die Wiese dem Bach/ oder der Bach der Wiese/dem Namen gebe/ ist keine gründliche Nachricht zu finden. Probabel ist es/ weil an solchem Ort sich eine colluvies aquarum, theils von Quellen/ theils von anlauffenden Regenwasser/ wodurch der Bach in etwas gestärcket wird/ anzutreffen/ daß der Bach von dem Ort seinen Namen bekomme/ wovon doch einem jeden sein Judicium überlassen wird. Von hier lauffet er ferner auf die Buscher-Mühl/ von 2. Mahl- und einen Schneid-Gang. Dann lauffet er auf die Oberr-Hammer/ allwo ein Bächlein von der Teichmühl/ so bey Rosbach/ einem Zedwitzischen Dorff/ liegt/ darein fällt/ und 2. Mühlen treibt/ eine von 2. Mahlgängen/ ein Schneid- und einen Schlaggang; die andere hat einen Schneid- und Mahlgang. Von dem Oberr komt die Regnitz auf den mittlern Hammer/ treibt alda wieder eine Mühl von 2. Gängen und 1. Schneidgang. Ferner fließt sie auf die Neue Mühl/ von 3. Mahl-einen Schneid- und 1. Schlag-Gang. Nach diesem komt sie auf Regnitz-Losa/ welches Dorf/ weil d. Bach mitten durchhin streucht/ von ihm also genant wird/ treibt alda eine Mühl von 3. Mahl- und einen Schneidgang. Von hier laufft er nach der Klözel-Mühl/ die gleichviel Gänge als die vorige hat. Dann durchstreucht er einen langen breit- und lustigen Wieß-Grund bis Tauperlitz/ wo er wieder eine Mühl treibt. Unterhalb Tauperlitz durchgießt er ferner den so genantten Tauperlitzer Grund/ an welchem dann und wann die zum Ritter-Guth Döhlau gehörige Wismaten stossen/ bis er innerhalb solchen sich unferne der Saal/ etwas unter Moschendorff/ über die Saal hinüber/ sich in solcher/ mit einem stillen Einfall/ verliehet/ und so dann mit derselben auf und fast um die Stadt Hof zweilet. Es ist dieser Bach an etlichen Orten/ sonderlich wo er gehegt wird/ als von den Hoch-Edlen Herren von Reitzenstein/ 1c. von Pühl auf Döhlau/ 2c. Dreckseln auf Wein-schlitz/ 3c. ziemlich Fisch- und Krebsreich/ als an Hechten/ Brath-fischen/ Abl-  
D Kup-



Kuppen/Perfchen/Forellen/Karpffen und andern vielerley Sorten kleiner Fische. Und mag leicht ein Regen fallen/so ergießt er sich dergestalt/ daß er die Wiesen weit und breit überschwemmet/auch denen Anwohnenden an Gebäuden und Mühlwerck großen Schaden thut. Sonst ist auch der Bach dem Gemeinen Mann ein gewisser Calender / und giebt eine fast richtige Wetters Anmerkung. Dann wann einerfläße einfallen will/sagen die Bauern/es wird nicht wieder schön/biß die Regnitz weit und breit außlaufft. Macht fast die Rathmassung/ daß auch um dieser Ursach willen/dieses Bächlein/vor alten Zeiten/die Regnitz von der Ergießung/so durch Regen geschicht/benamet worden *Hactenus prælaudatus Dn. Pastor Regnizio - Losanus. Cui tantum abest, ut in conjectura de nominis impositione repugnem, ut potius, cum quæstiunculis meis huic ansam dederim, libenter subscribam, cui vel ipsi quàm probabilissimum, rivum ex solâ fere pluviali aquâ collectum, inde quoq; nominis trahere ortum, unde origines capit & incrementa. Urget præterea, quod torrens infra Urbem & pagum Unterfoßau/ Salæ commistus, idem planè obtineat nomen, quoniam, ut videbimus, nihil aquarum cum priori communiceat, nisi quod eadem ferè ortus habeat fata, suaque ex imbribus expectet augmenta, unde etiam accolæ nomen Regnitz à Regen ipsi inditum palam credunt. Quicquid tamen hujus sit, non prolixè pro Appellativâ Regnizii denominatione pugnabo, nec contentionis ferram hic cum ullo recipiarem, facilis in verbis, modo conveniatur in re. Ut interim Benevolus Lector & inferioris Regnizii cursum habeat delineatum, nec ea afferre pigrabor, quæ precibus meis stimolata solertia Dn. M. SCHMAUSII, Diaconi nostratis & Trogensis Concionatoris fidelissimi, Amici ut honoratissimi, sic integerrimi, è Parochialium Trogensium ore hausit pariter ac oculis, sequentibus:*

Von der untern Regnitz kan/zum Theil aus dem Augenschein / zum Theil aus der Anwohnenden Munde folgende Nachricht ertheilet werden: Sie entspringet aus Quellen/unter denen so genannten Heyd- und Höllens Teichen/in Sächß. territorio gelegen/ wiewohl sie gleich das Marggräffische betritt/und führet/wie von ihr die anliegenden Wiesmaren und Gründe/erstlich den Namen Grünmahler/den sie bis an den föhrig/so eine Kinde/oder/wie sie es nennen/Linkel/behält; Von daran verliehret sie ihn/und heißet nun



mit dem Grund/welchen sie durchfließt/die Lutschchen. Gleich unter gedachtem  
 fßbrig durchstreicht sie einen Teich/und nimmt nechst unter demselbigen zur  
 Lincken ein Wässerlein von denen Hainersgrüner-Teichen zu sich/laufet auch  
 eine Streck/biß sie zur Rechten ein ander Wässerlein (so über Hartmannsreuth  
 auch aus Quellen entstanden/und dieses Dorff und den Grund auf die Lutz-  
 schen zu durchgangen) gleichfalls ergreiff; Und hier fängt sie an Regnitz zu  
 heißen/und nimmt ihren Lauf auf das Dorff Feitzsch. Unterwegs aber trägt  
 sie zwey Kirch-Steg/ einen kleinen/ der Hartmanns- und Schallenraither/  
 nach dem Filial-Trogen; und einen größern/der Feitzscher/ auch nach diesem  
 Filial. Gleich unter diesem letztern fällt ein Bach in die Regnitz/ so unter  
 dem schwarzen Stein-Teich aus Quellen und abfließenden Teich-Wasser ges-  
 ammet/durch Trogen/und in diesem Dorff/durch einen Teich lauffet/ auch  
 mit Krebsen und Fischen versehen biß dahin kommet; diesen Bach führet sie  
 mit durch Feitzsch und treibet daselbst eine Mühl/von welcher sie inogemein  
 der Mühlbach genennet wird/träget auch im Dorff einen Steg; Von dannen  
 durchstreicht sie einen angenehmen Wiesengrund/ nimmt unterdessen zur  
 Lincken ein Wässerlein von der Höhe und führet es mit sich biß zu den wohl-  
 bekannten Regnitz-Prücklein/ zwischen Hoff und Jedwitz/auf der Landstras-  
 sen gelegen. Gleich vor diesem Prücklein vereiniget sie sich mit einem and-  
 ern Bach/so über Jedwitz aus den Gellen und Teich-Abflüssen entstanden/  
 Jedwitz zur Rechten gelassen/und in Grund der Regnitz zugelauffen/welchen  
 die Jedwitzer gleichfalls die Regnitz heißen/keinen andern Grund und Ursach  
 aber der Benahmung wissen/ als weiln er dem Regnitz-Prücklein zufließet  
 und mit selbiger Regnitz sich vereiniget. Unterhalb des Prückleins durch-  
 lauffet sie einen Grund/die Schameißel genant/durchstreicht die Unterforst  
 zwischen Auen und stürzt sich endlich in die Saal.

Von dem Namen meinen die Anwohnende/ ob sey er von dem Regen/  
 weil von Regen und Schnee-Wasser dieser Bach sehr anlaufft und großen  
 Schaden verursachet; Sonsten nehret er stattliche Fisch und Krebsen/Recht/  
 Kuppen/Alte/Weißfisch/und dergleichen/auch so weit er Brunnmahla heißet/  
 wol Forellen. Das Fischrecht stehet denen anliegenden Nobilibus und Ge-  
 meinden Stückweiß zu/ 2c.

Sic Regnizium quoque cymbâ mentis emensi inferiorem,  
 ipsius Urbis cognomen evolvimus rationem; quod, quanquam  
 hodiè ferè in desuetudinem abierit, plurimis scribentibus, vel Hof  
 absolutè, vel Hof in Voigtland/ quod caput Variscie Urbis nostra  
 latè & ubiqve cluat; in Publicis tamen Senatus Urbici In-



strumentis & literis merito, ob venerationem Antiquitatis, hodie-  
 enum retinetur. Sed transeamus à Germano ad Latinum No-  
 men; Quamquam etiam illud simul in Latium migraverit, ibique  
 civitatem emendicatum, HOFII aut HOFFII vocē hoc jure apud  
 alios tueatur; genuinum tamen & natali folio, ut Aboriginum so-  
 lent, exsplendescens, CURIA est, cui ad differentiam *Rhaecorum* s.  
*Grisonum* capitis, quod pariter *Curia*, Germanis tamen *Chur* audit,  
 & in Germanicarum Rerum Scriptoribus satis celebre ad Rhenum  
 oppidum est, vocula *Regniziana* aut *Variscorum* plerumq; subnectitur.

Si nunc Latinae hujus appellationis tum quærendus Auctor,  
 tum ipsa ratio, denuò sententiarum deprehendemus divortium,  
 WIDEMANNUS quidem ab Episcopis Bambergensibus, sub quo-  
 rum Dioecesi Urbs olim comparuit, seu, ut ipse loqui amat, unter  
 deren Sprengel sie gehörig gewesen/ut & à Canonicis Bambergensibus,  
 qui Parochiales & Præsides, seu *Plebani* (hoc in antiquis docu-  
 mentis nominis illis tribuitur) ad D. Laurentium extitère, eam  
 inditam audacter affirmat; Nec video, cur ponte deicienda sic  
 hæc opinio, cum notum, Præsules & sacros temporis illius ho-  
 mines libenter negotiis istiusmodi, quibus nova auspicia & omi-  
 na inesse debebant, se immiscuisse. Nec ratio, quam laudatus  
 Chronicographus subjunxit, quicquam prodit inertiae, quod scili-  
 cet Latinum *Villa* vile nimis, ut contra *Aula* sublimius visum, Ger-  
 manico *Hof* exprimendo. Curiam itaque dictam maluisse (quæ  
 vox non tantum locum, seu sedem Publici Consilii, ubi Senatus  
 Remp. curat, ein Rathhaus; Sed cum quoque innuat, in quo cura  
 Sacrorum tractatur, sive, ut *Calepinus*, quem hic in partes vocat, pro-  
 cul dubio ex Latinorum doctissimi Varronis L. III. de Lingua  
 Lat. docet: *Curia locus est, ubi vel Sacerdotes res divinas, vel Magistratus  
 res humanas curant*) quod viderit Clerus Bambergensis, pios Majores  
 singularem zelum, amorem & devotionem in rebus divinis, tum  
 curandis, tum promovendis, aperte exerere, id quod tot nobiles  
 Veterum Templorum dedicationes, tot dites Parochiae, Cœnobi-  
 orum, & Xenodochii dotationes, publicè vociferantur, ut adeò



maturo & deliberato consilio *Curia* nomen Urbi sit inditum. Non  
 essem hic in re satis apricâ ulterius scrupulosus; Verùm cum de-  
 nuò nuper nobis ex merito laudatus *Illustrissimi Stemmatis Ruthenici*  
*Historiographus, Dn. Petrus Beckler* / amicam litem hic nobis mo-  
 veat, nosque ex literis ad Amicum nuper datis, certi simus redditi,  
 quàm penitus ægrè non tulerit, quod candidi & boni omnes fa-  
 ciunt, moneri, ut potius benevolam Documentorum suorum no-  
 bis copiam facere (quod unicè ex optamus, promptissimi, si veriora  
 edoceamur, scripta refigere, aut nostra aptè conciliare) promiserit;  
 non possumus, quin & hic eam, absque livore tamen, qui perpe-  
 tuò à nobis exulet, brevibus ventilemus. Scilicet cum in Vita  
*HEINRICI Senioris*, quod nuper adduximus, retulisset: illum jam,  
 non filium demum, Curiam nostram possedisse, quo de pariter vi-  
 dimus, p. 16. subjungit: Und weil dazumahl nur die alte Stadt/  
 wegen herum-liegender großen Bildnüss/ sehr unbequem stunde/  
 ließ er gleich daran unterhalb der Sala/eine neue anlegen/ die er  
 und seine Nachkommen sehr reichlich versehen/sonderlich aber eine  
 ansehnliche Residenz und Schloß daran gebauet haben/ Daß Sie  
 Dahero auch CURIA VARISCORUM benennet worden.  
 Ex quibus plano alveo fluit, credere Factorem honoratissimum, &  
 forte documentis inductum, arcem nostram Urbi *Curia* dedisse no-  
 men, quæ hypothesis porro subsumere nos jubet, *Dominos Ruthenos*,  
 ut Auctores arcis, sic nominis *Curia* habendos. Non equidem in-  
 videntius *Illustrissimæ Familia*, & de *Curia* præclarè merita, hono-  
 rem, lætaremus potius gloriosissimis nominis auspiciis; Sed, ut  
 pace aliud sentientium liberè exponā, quæ mea hac de re sit mens,  
 antiquius multò Latinum nomen *Curia* videtur ipsa arce, antiqui-  
 us multò tempore illò, quò *Domini de Weyda* Urbem nostram con-  
 seqvuti. Veterem A. 1080. esse conditam, evicimus supra, ad quod  
 præter propter tempus collati Germani nominis Hof historia e-  
 rit reducenda, nec multum recentius Latinum auctumo. Vix enim  
 probabile, Urbi per 180. annos usque ad A. 1260. quo scilicet con-  
 dita



dita arx à *Dominis Ruthenis* refertur, tale abfuisse. Et utinam anti-  
 quioribus non destitueremur monumentis, Curia nomen expres-  
 sum certò compareret. Jam autem vetustiora suppetunt nulla,  
 quam Indulgentiales Papæ *Urbani IV.* de A. 1264. in usum extru-  
 endi Hospitalis concessæ, in quibus earum Proxenetæ, *Pauperes de*  
*Curia Regniæ* jam salutantur. Sed jugulum mihi quis petat, vel ex i-  
 pso **WIDEMANNO**, qui ad finem dicti capitis asserit: *Curia* no-  
 men egregiè quoque ad nostram quadrare urbem, quod curiâ Ci-  
 vili elegantissima, cui in paucis Urbibus similis pariter & par re-  
 periat, sit instructa. Verum quilibet hic videt, non tam ad  
 genuinam nominis Originem, quam ad aliquam ejus defensionem  
 & uberiores approbationem his ipsis asertorem collineare, quò  
 si *Dominus Beckler* sua quoque voluerit tracta, habebit me  
 ἰμόψηφον, & plenis gressibus in sententiam ejus transeuntem.

Si autem cui nunc φιλολογήμασιν & allusionibus indulge-  
 re volupe esset, quod in nominum evolutionibus frequentes faci-  
 unt Auctores φιλοφιλόλογοι, Sacula materiei se offerret messis; Sed  
 mihi ne quis severus, ut verus, *Athenæus* per jocum objiciat: οὐδὲ  
 φιλολόγως πάντας ποιείης πλέον πίνοντος αὐτὸν, manus retrahenda fuit,  
 cum primis, ne post doctissimos *Joaehimi PERIONII* de Romano-  
 rum & Græcorum Magistratibus libellos, & aliorum de voce *Curia* eru-  
 dita glossemata, actum agere videar. Sola ergo ὡς ἐξ ἐπιμέτερος, addo  
 Disticha bina, & versiculos, in utrumque Urbis nostræ Nomen pa-  
 eta. Primò in illam lusit Vir de ea longè meritisimus, *M. Andreas*  
**PANGRATIUS**, *Wonsideliensis*, per novem annos Superintendens hujus  
 loci longe vigilantissimus, dum hæc reliquit:

**CURIA**, si Christum curas, qui te quoque curat;

Tunc Christo curæ **CURIA** semper eris.

Expresit hoc Distichon *B. M. Johannes KUFFNERUS*, Superinten-  
 dens itidem nostras, per 5. annos, bene meritisimus, rythmo sequenti:

**HDS** / hoff in **GDS** und dem vertrau;  
 so stehet wohl dein Kirchen-Bau!

*Pangra-*



*Παγκρατίου* æmulatus supra laudatus **B. BLEBELIUS** hoc  
 ὁμιολογῶν ἀρχομένῳ:

**CURIA** Constanti Christum Complectere Cura;  
 Curat Cœlesti Corpora Chara Choro.

Nos, ne ἀσούβλοιοι, dum hæc recensemus, abeamus, Blebelium, aridâ  
 licet & ob aspirationis asperitatem invitâ satis venâ:

**H O F / Hoffstu Hülf; Halt Himmels-Höhe Huld!**  
**Hier Hole Henf / Hier Heische Heylands-Schuld.\***

\* *rythmo & aspirata coacti vocem hanc assumimus, qua ne quis offenda-*  
*tur, gratiam Patris Cœlestis eo nos velle sciat, quam Christus pro-*  
*meruit, cujus merito tanquam λύτρω nitimur.*

Hactenus *Curie*, nunc Tibi *B. L.* eorum damus Nomina, quorum  
 moti conatu, hæc scripsimus. Scilicet tres in cathedra se sistens  
 Urbis nostræ *Alumni*, Specimina profectuum suorum in Arte di-  
 cendi daturi. Plura in commendationem non addo, quàm quod  
*Alumnos* vocitem, quos ipsa beneficii ratio ad pietatem, publicam  
 vitæ honestatem, & indefesum in studiis cursum propellere de-  
 bet; nec nauci tantum homines nos alere, qui pulchrè steterit, do-  
 cebit; Illis autem, ut & omnibus nostris ἐν καιρῷ φρονεῖν cordici-  
 tur apprecamur. Argumentum tractabunt, non quidem tempo-  
 ri, captui tamen illorum aptum, & in laudes trium priorum Monar-  
 chiarum Conditorum solvent linguam. Primus quidem

**ADAMUS PARNICELIUS**, *Nayla-Variscus*, **NIMRODUM**  
*in theatrum producet, eumque omnis Imperii Auctorem à violentâ Ty-*  
*rannidis invasione, Imperiaque à surpi initio vindicabit.* Secundus

**GOTHOFREDUS SCHEDLICH**, *Marieneya-Variscus*,  
*catastrophæ primæ Monarchiæ adducturus, effœminata mollitiæ*  
*SARDANAPALO deperdicam, in ARBAZE vero fortis-*  
*simo, MEDIS acquisitam ostendet Monarchiam.* Tertius

**PAULUS KRAUT**, *Treyensis*, **ALEXANDRI M.** *recoles me-*  
*moriæ, ejusque vitam & gloriosè gesta ex Curtio aliisque breviter*  
*epitomabit.*

His




His autem non tantum Dicturis, sed & integro coetui nostro, quo ad pulchra audenda stimulus addatur, Urbis nostræ Proceres, interque hos gloriæ ejus apex, Serenissimi nempe PRINCIPIS ac NUTRITII nostri Ministrissimus, Illustrissimus Comes ac Dominus, DN. JO. ALBERTUS, Comes de Ronov & Bieberstein, Dominus in Oppurg, Knauen, Grobix & Grunau, &c. dictæ SERENITATIS Consiliorum Præses Superior, (cui gravissimo muneri, nuper suscepto, ut Divina bonitas Herculeos, & plusquam Atlanteos in sera tempora, invidendo Patriæ commodo, substernat humeros, devote vovemus, rogamus, obsecramur atque!) Consiliarius Intimus, Aulae Supremus Marschallus ac Curianus Exarchus Provincialis Spectatissimus; nec non Viri Maxime-Reverendus ac Præ-Nobilissimus DN. JOSEPH-FRIEDERICUS à VVALDEGG, in Kulmiz, Dœbrastacken, &c. Superintendens ac Inspector noster multum vigilantissimus, cum Reverendo plurimum Ministerio; Nobilissimi ac Excell. Medicinæ Licentiati, Dnn. Physici; Consultissimi Dnn. Officiales; Spectatissimus Prudentissimusque Senatus, Gymnasii Patronus & Scholarchæ, Colendissimi Dnn. Collegæ, ac Studiosi Literatique reliqui Cll. ac Humanissimi, eaquâ decet devotione ac affectu, invitantur, nulli etiam dubitamus, quin honoratissima præsentia illorum si em nostram visuri simus impletam.

CURIAE ad Regimzum, PP. Dom. OCULI


clb lbc LXXXVI.







His  
M. JO. C.  
in  
à Sacris  
tam  
N



...rio,  
nasio,  
XXVI, habendo,  
m,  
yriiz/Gymn. Pa-  
LATINUM,  
E,  
E N

